

comedendi est cū libidine. vt quanto nimio & finali affectu inlaxerit delectati om̄i cibi & nimis ingurgitat se. & hoc ē peccatū mortale. De hac gula thomas de aquino. Vitium gule p̄prie consistit in concupiscentia inordinata. Si ergo inordinatio accipit in gula s̄m auersionem a fine ultimo. sic gula erit peccatum mortale. quod quidem stringit quā delectationi gule inlaxerit homo tanquā s̄m p̄pter quem deū p̄temit. paratus s̄z p̄tra p̄cepta agere vt delectatōes huius assequat̄. Si vero in vitio gule intelligat̄ inordinatio concupiscentie t̄m s̄m ea que sunt ad finem. vt pote q̄z nimis concupiscit delectationes ciboz. nō tamen ira q̄ p̄pter aliquid faceret p̄tra legem dei & est peccatū veniale. Hec thomas. **De vitio etiam ebrietatis** sciendum q̄ culpa ebrietatis consistit in immoderata & inordinata concupiscentia & vsu vini vel alterius potus qui inebriare potest. Hec autem ebrietas stringit esse tripliciter. Vno modo sic q̄ nesciat potum esse immoderatum & inebriare potentē. & cum nescit vini fortitudinem. & sic ebrietas potest esse sine peccato. & sic noe creditur inebriatus fuisse. Alio modo si aliquis p̄cipiat potum esse immoderatum. non tamen existimat potum esse potentē inebriare. & sic ebrietas potest esse cu3 peccato veniali. Tercio modo potest stringere q̄ quis bene aduertat potum esse immoderatum & inebriare potentē & t̄m magis vult ebrietatē incurrere q̄ a potu abstinere. & talis p̄prie d̄z ebrius & sic ebrietas est peccatū mortale. q̄z volēs homo & sciens p̄riuat se in sensu rōnis

**Capitulum XIX.**  
**Urruria ex suo**  
genere est peccatū mortale. q̄z cōtra illud p̄ceptum. non mechaberis.

Concupiscentia vero luxurie distinguit̄ septe modis. Primus est cum concupiscentia consistit in primo motu t̄m. & sic veniale peccatū. Secundus est cum sequit̄ p̄sensus in delectatōem. licz nō in opus vel it procedere sic est mortale peccatū. Tercius cum p̄sentit in opus ita q̄ velit carnaliter peccare si occurreret oportunitas. & sic itez est peccatū mortale. Quartus modus est cum nō solum tenetur corde. sed pascit̄ visu. & sic itez est peccatum mortale. Unde d̄z Math. v. Qui viderit mulierē ad concupiscendū eam &c. id est animo & si ne intendit mulierē vt eam concupiscat. q̄z s̄m augustinū hoc iam non est titillari sed plene p̄sentire libidini. Bene autem d̄z ad concupiscendum eam. q̄z si aliquis videret mulierem vt rem pulchram & vltius non p̄cederet. tunc vel nullum esset peccatū vel solum peccatū curiositatis. Quis? modus ē in stultiloquio. vt cū quis mulierē p̄catur & p̄ter libidinē habet cū ea familiaria colloquia. q̄z & hoc est mortale peccatum. Sextus modus vocat̄ ab apostolo raptus. vt in osculis. in amplexibus. & tactibus lasciuis. & hoc est peccatū mortale. & tanto grauius quanto magis per talia libido accendit̄ p̄pter nimiam approximationē ad ignem. Notandū hō q̄ tangere mulierē p̄ter malā intentionē non est peccatū. similiter cu3 intentione boni ex necessitate. sed tangere ex libidine. vel osculari ad se non pertinentē est mortale peccatum. Septimus modus est cum concupiscentia p̄cedit in opus. ita q̄ p̄ficir opus luxurie hoc est sp̄ peccatū mortale nisi excuset̄ per matrimonium. **De moribus autē concupiscentie carnalis nicolaus de lyza in glo. super illo verbo. Omnis qui viderit mulierē ad concupiscendū. sic ait. Videre absolute mulierem.**

non est malum. sed quantum ex eo sequitur concupiscentia interior. et ista concupiscentia primo procedit sic quod primo ex aspectu mulieris causatur concupiscentia in appetitu sensitivo. qui dicitur sensualitas et prevenit actum rationis. et sic non est mortale. nec veniale peccatum. cuius ratio est. quia talis motus sensualitatis non est in potestate hominis et consequens non est peccatum. sed retentio huius concupiscentie postquam precepta est bene est peccatum. unde dicit Augustinus. Non est in potestate nostra quatenus visis non tangamur sed in parte nostra est respicere vel acceptare. Et sic patet quod predictus motus sensualitatis non est peccatum. sed est materia exercende virtutis si ei resistatur per rationem. si autem teneatur per delectationem mortuosam absque sensu tunc est peccatum sed veniale. Si autem sequatur sensus in animo. tunc est mortale peccatum. antequam exprimaturo facto vel signo. Et ideo de tali concupiscentia que est sensus dicit saluator. Jam mechatus est in corde tuo. Et hoc de luxuria. Sic igitur habemus. quoniam peccata capitalia sunt mortalia siue venialia. **Filius.**

**S**ic etiam desidero utrum sint plura peccata criminalia siue mortalia exceptis istis septem capitalibus vitis que modo premissa sunt. Et etiam que sint peccata venialia et que remedia valent delere peccata venialia. de his cupio informari.

**Ca. .XX. Pater.**

**S**icere debes quod etiam sunt alia quam plurima crimina exceptis septem principalibus vitis. que mortalia peccata dicuntur nam omnes transgressiones decalogi et mortalia sunt peccata. **Numerus autem.** decem preceptorum sic sumitur quia quedam ordinant nos ad deum.

quedam ad proximum. quod deus innuere voluit. quando in duabus tabulis illa dedit. In prima tabula tria precepta continentur que pertinent ad deum. quorum primum pertinet ad patrem quod est de divina unitate. Secundum ad filium. quod est de iuramenti veritate. Tertium ad spiritum sanctum quod de spirituali vacatione. In secunda tabula fuerunt septem precepta ad proximum pertinentia quorum primum est de exhibendis bonis ut est illud. Honora patrem et matrem. Reliqua sex sunt de cavendis malis que inferri possunt corde ore vel opere. Opere ledimus proximum prope quod dantur tria precepta. Primum non occides. Secundum non mechaberis. Tertium non furtus facias. Ore omnino ledimus et contra hoc est illud. Non dices contra proximum tuum testimonium falsum. Corde ledimus proximum dupliciter. quandoque enim respectu rationalis de hoc dicitur non concupisces uxorem proximi tui. Quandoque respectu rei irrationalis. Unde dicitur. Non concupisces rem proximi tui.

**Ca. .XXI.**

**P**rimum preceptum decalogi tres habet clausulas. Prima est. Non habebis deos alienos coram me. ubi prohibetur adorare creaturam spiritalem. id est angelos. Secunda est. Non facias tibi sculptile. id est imagines fictas que nullius rei naturalis representatiue sunt. Tercia nec omnem similitudinem. scilicet ymaginem rei naturalis. Et sequitur que est in celo deus solis et lune et que in terra deus summi hominis bouis et similia. neque eorum que sunt in aquis sub terra. id est piscium. **Non adorabis.** scilicet actu exteriori nec coram bis patet quod non reprehenduntur cristiani